



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

X. Markgraf Waldemar verkauft der Stadt Schönfließ einen Wald, am 22. Januar 1317.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

inspecta necessitate Cenobii ac Sanctimonialium Deo inibi famulantium in Zehden ac tenui earundem considerato victu, cupientes ipsas aliquo refici Commodo magis pinguiori, dedimus et per presentes literas damus Sanctimonialibus ipsis propter Deum ac anime nostre ob salutem, proprietatem ac libertatem quatuor Chororum de Molendino-Ville Lunow perpetuis temporibus tollendorum. Et ne aliquis volentes molere in dicto Molendino, dum ipse Sanctimoniales dictos Choros adepti fuerint, molestare aut etiam prohibere presumat, presenti Edicto nostro firmiter prohibemus. Ne quoque de premissis alicui Dubium oriatur, nostrum Sigillum presentibus est appensum. Testes hujus sunt Fideles nostri Guntherus comes de Keverenberg, Henningus de Stegelitz, Ludolphus de Wedel, Henningus de Blankenborg, Arnoldus de Uchtenhagen, Milites, et alii fide digni. Actum et datum in Molendino Schweet, Anno Domini Millesimo trecentesimo Decimo tertio, die beati Vincentii.

Nach dem Zehden'schen Copialbuche aus einer Abschrift des Freih. v. Sackwitz.

X. Markgraf Woldemar verkauft der Stadt Schönfließ einen Wald, am 22. Januar 1317.

Noverint universi notitiam presentium habituri, quod nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, vendidimus justo venditionis contractu providis viris nostris de Schowenfliet, presentibus et futuris, ligna cum fundo eorundem sita inter villam Gerlagesdorpe et locum, qui Landtwere appellatur, possidenda titulo proprietatis perpetuo cum omni jure, fructu et commodo et cum defensionatione, que Heghe dicitur, qua nos dinoscimur possedisse. Possunt quoque dicti cives dicta ligna evertere et fundum in agros convertere et agros vendere vel de ipsis disponere, sicut ipsis visum fuerit expedire. Proinde dicti cives nostri nobis dederunt et complete persolverunt quingenta et quadringenta talenta denariorum Brandenburgensium, de quibus dicimus ipsos publice quitos, renunciantes expresse dictis lignis, fundo et proprietati eorundem, quoad heredes nostros necnon quoslibet nostri domini successores. In cujus rei testimonium nostro sigillo muniri fecimus prefens scriptum. Testes quoque sunt nobilis vir Guntherus comes de Kevernbergh, Droyfeco, Henningus de Blanckenborgh, Haffo et Wedege de Wedell, Rodolphus de Leventhall, milites, Heine, ecclesie Stendaliensis Decanus, Tidemannus Granfoienensis et Evehardus Stolpenensis prepositi, Hermannus de Luchow, nostre curie cappellanus, cum aliis fide dignis. Datum templin, Anno domini MCCC. XVII, die sancti Vincentii Martyris.

Aus Diefmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 53. In der Ueberschrift ist die Urkunde in diesem Copialbuche dem Jahre 1318 zugeschrieben.